



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi  
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

**Eyschen, Georg von**

**Coloniæ, 1657**

§. 167. Et sperabat signum aliquod videre, ab eo. v. 8.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45549**

fons virtutæ, vena aquarum viuentium quando veniam ad aquas dulcedinis  
tuæ, de terra deserta, in via, & in aqua videtam virtutem tuam & gloriam tuam,  
& satier ex aquis misericordia tua. Sitio Domine, fons virtutæ es, satia me, si-  
tio, Domine, sitio te Deum viuum. O quando veniam & apparebo De-  
mine ante faciem tuam.

§.166. Eo quod audierat multa de eo.v.8.

Ibi causam habet, quam Herodes in libenter viuendo Dominohabebat, quid autem audiuisset iam ante insinuauit. Sed quid est hoc? Propteræa velle videre aliquem, quod multa de illo audieris? Quantum sapio & quantum capio, malum motivum est ad videndum; quia motivum bonum debet tendere in aliquem finem adhuc obtinendum; Audisse autem multa de aliquo iam obtentum est in præterito tempore, in hoc vi fugrum adhuc non potest tendi, ut prudentes homines solent inteudere. Si Herodes iste volens videre Dominum intendisset auditionem suam per cere visione vii. Regina Austri in videndo Salomone, bene intendisse; Iam quid dicam melius nescio, quam quod Christus de eodem dixit, Vulpes est.

**D**omine, qui viam virtutis & veritatis derelinquunt; quidquid agunt, impingunt; gloriam querunt, & ignoriam inueniunt; sperant voluptatem & metunt dolorem. Nolo imposterum viam illorum, nolo consilium, nolo cathedras, melius tecum mihi erit IESV.

§.167. Et sperabat signum aliquod videre, ab eo.v.8.

Antea vanum erat in Herode motuum, nunc etiam vitiosum de-  
promptum è pœnu curiosorum; adeo, ut dicat Egesippus, quod Herodes  
iurauit Christo per coronam suam, quod etiparet eum de manu Iudeorū,  
faceretque eum Hæredem regni sui, si modo vellet coram eo facere  
aliquid miraculum, quia multum curiosus erat. Vnde etiam etenit in calu  
contrario, quo signum nullum fecit, quod contrarium regalis dignitatis  
ludibrium imposuerit Christo tanquam homini, qui non saperet, nec age-  
ret quod posset, cum ei spes regni tam clare proponeretur.

**O** Deus arce à me obsecro & populo tuo curiositatem, quia multipi-  
eum perierunt & inciderunt in ea, ad quæ missis impertinentibus sol  
attendere debuisse, & cauere, ut iste, qui cœlum speculans incidit in pa-  
cem,

§.168. Inter